

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 273

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 171.

Cod. CCLXXIII.

171.

A.

Evangelia idio-
mate Bohemico.

Evangelia idiomate Bohemico.

144^o - 153^o

Rey. subd.

Cod. CCLXXIII.

Membran. Fol. min. Ser. 149 15.

B
5.6.

Joannis de Mon-
ginato libap-
parit: flor. coal-
doctrinae, et fi-
gurarum M. N.

Joannis Monachi de Monginato Benedictini non procul a Carnuto in Francia liber apparitionum et visionum B. V. Mariae. Titulus est: Incipit liber apparitionum et visionum beate et intemeratae etc. Nota subiungitur: Incipit liber beate virginis gloriose Mariae qui liber florum celestium doctrinae appellatur ad omnes artes sciendas etc. In prologo, qui incipit: Nemo enim lucernam accendit, etc. primum nominat, ac de scribendis visionibus rationem reddit. Titulus saepius variat, sic fol. XI. dicit rubrica: finit liber visionum qui est de reprobacione artium notorie et de presentis artis revelacione sequitur tunc liber virginis Mariae etc. fol. XIV. rubrica est: Incipit liber de gracia domini; ita vocat collectionem varianarum precum ad obtinendas visiones, artes, et scientias v.g. Rhetoricam, Dialecticam, Astrologiam etc. In tribus, etc. fol. LII. denuo mutatur titulus, nempe: Hic incipit liber figurarum beate Mariae virginis etc. de quo dicit: Anno incarnacione dominice M CCC XV Idus Augustae circa vespere incepit librum istum; ex quo etas authoris dignosci potest. Ultimo tamen folio item dicit: In hac nova compilatione (a) duo nomina ponimus, scilicet librum florum doctrinae / a / celestium appellamus. Coeterum codex summe vitiatus est, opus ipsam autem partem solidi, ac fanatici hominis. Etat quoque apud certos Viennae

(a) author nempe secundis curis hoc opus recognovit.

172.

Cod. CCLXXIV. n. 1.2.

Aust: ut refert Krauriius p: 202.

Fol: CCLXXIV.

Chartae: 4. fœ: 15.

I. Fol: 1^o - 08^o.

Alberti M. tractatus de abundantia exemplorum.

Alberti M. tractatus de abundantia exemplorum. Incipit prologus: "quoniam plus exemplorum quam verba movent". Prima autem partibus capitulum primum: "species timoris dicuntur esse septem". Totum septem absolvitur partibus. In fine additur: "Et sic est finis hujus tractatuli quem compilavit Albertus magnus Ratisponensis episcopus ipsam appellavit de abundantia exemplorum". Sed a nemine, quantum scio, praeter tractatus Alberti operibus accensetur.

2. Fol: 09^o - 116^o.

Jacobi de Voragine Legendae aureae abbreviatae.

Legenda Jacobi de Voragine aurea abbreviata. Absque omni inscriptione incipit: "Adventus Christi agitur per 4^{or} ebdomadas". Praeter scriptum nil aliud esse, quam toties decantatum Jacobi de Voragine legendam auream seu Hist. Lomb. collatio me docuit. Loquitur de ea Quetif. T. I. p: 456. Verum hucusque ab abbreviator anonymus eruditus latet.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 273

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27625

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER - Online manuscript description \(HMML\)](#)